



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Peccata venialia nocere communicanti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

COMMUNIONE. 189

& coniuncta sit cū contemptu, & quando homo negligit eam per pœnitentiã & contritionem corrigere.

S. Brigida, cui sæpè id fuit reuelatum, affirmat vehementer Deo displicere peccata venialia frequentata & contempta, eaque grauitè ab eo sæpè castigari.

PECCATA VENIALIA ESSE
noxia communicantibus.

DOCTORES, & inter cæteros Tabiena in *Summa* tradunt quando quis non vult abstinere ab aliquo peccato veniali, aut ad communionem vadit cum actuali peccato veniali deliberatè, eum priuari effectū gratiæ Sacramentalis qui est proprius huius Sacramenti effectus. Gratiæ autem Sacramentalis est dulcedo quædam spiritualis, quæ deuotionem alit & vitiorum inclinationem debilitat. Hæc autem dulcedo potius experientia, quàm scientia discitur. Quod certè magni faciendum est, vt deuotio nimirum conseruetur. Atque hinc fortè fit, quòd multi, dum Sacramenta frequentant, non tamen hanc dulcedinem experiantur.

SPIRITUALES HOMINES
non proficere in spiritu, quòd parui faciunt venialia.

100.